48.
n 17

84

S. D. Reverende Dne Doctor, tibi fideliter
assistimus precib. ardenter petentes, ut Filius Dei
tibi in isto periculoso certamine adsit cum
sancto Spiritu, et reprimat diabolum
homicidam, quaerentem caede et sanguine
turbare Ecclesiam vestram, et deformare
totum ministerium ac causam. In quo nos metu
tua causa simus, cognosces ex harum latore,
ex quo etiam cognosces, quid censeamus a te fieri
[illegible] debere, ut periculum effugias,
si sine Ecclesiae tuae summo periculo id
facere possis. Molitiones illae occultae
et magnae sunt, quarum eventum tristiorem
postea tibi imputari [illegible] gravissimum
foret. Sed id apertius fortassis et prolixius
ex aliorum literis cognosces, me pro meo ac
cupere scribere cogitans etiam occupationes
assiduae non sinunt, quae profecto necis (?)
dant me, nisi aliquam levationem oneris
mature adhibebunt mei collegae. Meam
sententiam, ut eam proxime in Saxonia nostra
et potestate(?) quibusdam Lunaeburga scripsi
de coena, ad te mitto, de qua, ut scribas,
oro, [illegible] tuum iudicium. Cuperes
fortassis me illa planius dicere,
sed puto satisfieri illis, qui non prorsus
papisticam μετουσίαν [illegible] defendi
requirunt. Electori quinti(?) scripsimus
nostram sententiam de controversiis nunc ...
certis in locis [illegible] Ecclesiis, et de coena
dixi [illegible] confessionem Electoris
ac principum [illegible] Francofordiae, quam
1560. Oct. 6 Calumniatores illi [illegible]
[illegible] classe [illegible]
parasolere(?), et [illegible]
nos abhorrere [illegible] illa

parvis est essentiale corporis. Heri literas
accepimus ex aula, in quibus D. Mordeis[en]
his ipsis verbis scribit de illo nostro sc[ripto]
Scriptum vestrum huc missum Illustrissimo n[ostro]
Principi Electori obtuli. Hoc dubito,
quin Cels. ipsius operam vestram clemen[ter]
bonamque in partem sit acceptura. Mihi
vero etiam sententiae vestrae de contro-
versis articulis non improbantur. Item
parte vobiscum sentio, satius esse, ne s[…]
spargantur aut in publicum edantur.
De quibus etiam in colloquiis et collation[e]
[illegible] ||
opus esse iudico. || Ad Rectorem nostrum
[illegible] scriptum est, ut illuc vocat[…]
iri. Id si fieret, profecto tibi occasi[o]
ne duci putarem disserendi ex ipso prin[…]
Sed Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu
Christi toto pectore oro, ut hunc coetum
regat spiritu sancto suo, ut sententiae
ipsius gloriae, et sint salutaria Eccl[esiae].
Salutant te omnes mei domestici. Dat[ae]
festinantissime 6 die Octobris 1560.

Paulus Eber[us]

mihi credo parva res Christiani hominis fundere sangui-
nem in Imperio, in quo ne Papistae quidem, tametsi maxi-
me cuperent, hominem quemquam propter religionis diversitatem
occidere ausi sunt. Iudicio autem, si vero ii adversarii procedant,

1560. Nov: 11

Reuerendo viro pietate eru-
ditione ac virtute præstanti
Domino Alberto Hardebergio
S. Theologiæ Doctori et concio-
natori in Ecclesia Bremensi.
Suo fratri cariss.